

I A C. R A E V A R D I  
A N T E C E S S O R I S

D V A C A E N I

D E A V C T O R I T A T E P R V.  
D E N T V M L I B E R

S I N G V L A R I S.



A N T V E R P I A E.

Ex officina Christophori Plantini.

cl. Id. LXVI.

CLARISSIMO DO-  
CTISSIMOQUE CHRISTO-  
PHORO ASSONVILIO, CON-  
SILIARIO AC SUPPLICVM  
LIBELLORVM IN REGIA MA-  
GISTRO, IAC. RAEVARDVS. S.

 *Plēdidissimo nuper  
legationis munere  
fungens quanta fue-  
ris erga me volun-  
tate, et præsens Bru-  
gis ostendisti, & verò etiam absens  
studiose libenterque insigni honore  
comprobasti. Ipse mihi cōsciū sum,  
amplissime et integerrime Assonui-  
li, me non voluntate, non vulgari  
quadam necessitudine solum, sed  
etiam stabili, firmo magnoque illo  
quo in me fuisti animo, honori tuo  
& amplitudini etiam atque etiam*

A 2 de-

2  
ELENCHVS CAPITVM.

De iure Papiriano	Cap. i.
De legis actionibus	Cap. ij.
De iudicijs bonæ fidei	Cap. iiij.
De actione rei vxoriæ	Cap. iiiij.
De fiducia	Cap. v.
De adoptionibus	Cap. vi.
De manumissionibus	Cap. vij.
De cretione	Cap. viij.
De vsurpatione	Cap. ix.
De mancipatione	Cap. x.
De testamentis	Cap. xi.
De inofficioso testamento	Cap. xij.
De furtis	Cap. xiiij.
De iure non scripto	Cap. xiiij.
De regulis iuris	Cap. xv.
De consuetudine	Cap. xvi.

## IACOBI RAEVARDI

IVRISCONS. DE AVCTORITATE

PRVDENTVM, LIBER SINGVLARIS.

DE IVRE PAPIRIANO. CAP. I.



**N**ITIO ciuitatis Romanæ sine certa lege, sine iure certo populus primum agere instituit, omniaque manu regis gubernabantur, inquit Pomponius, hoc est, manu Romuli. Sic enim rectius apud Pomponiũ legi videtur, quàm vt Florẽtiẽ scriptum est, manu à regibus. Nõ enim sub cunctis regibus sine certis legibus vixit populus Romanus; sed initio duntaxat ciuitatis, hoc est, ante absolutam, perfectamq; nouæ Reip. formam, ante curiatis leges ad populum latis. Manu capiebantur, vt auctor est L. Florus, Sabinæ virgines; quas iure matrimonij raptas fuisse, testis est aduersus Valentinianos Tertullianus. Quid hoc, quẽso, aliud est, quàm per vim, sub pretextu alicuius incerti iuris, nullis legibus, nullisque maiorum institutis comprobati, Sabinas virgines raptas



tudine firmatum in mores transibat. Sunt enim mores, auctore in fragmentis Vlpiano, tacitus consensus populi longa consuetudine inueteratus. Quo sensu moribus receptum esse ait Paulus vt feminæ ciuilibus officijs non fungatur, cap. xij. §. ij. de iudic. cap. i. ad S. C. Velleia. Et Vlpianus; Moribus, inquit, apud nos receptum est ne inter virū & vxorē donationes valerent, cap. i. de donat. inter vir. & vxo. Et hæc quidem omnia quæ ab alijs nõ sunt animaduersa ad demonstrandam veterū Iurisconsultorum auctoritatem sufficere visa sunt, eaq; si grata fuerint eruditibus hominibus, propediem nouas aliquot obseruationes in medium adferemus, plurimorum expectationem superaturas.

## F I N I S.

*Hic Liber Iacobi Reuardi de auctoritate prudentium non offendit fidem orthodoxam aut mores honestos. proinde liberè lucem feret, quod attestor ego Iudocus Schellinc Presbyter Portionarius S. Nicolai, Bruxelle. Hoc quinto Martij anno 1565. stylo Brab.*

I. Schellinc.